

136. Ex hac propagine postmodum orti sunt Anabaptistæ, qui infantes sine peccato nasci, ideoque baptismo non egere ex falsa hypothese falsissime contenderunt; quin & eò progressi sunt impudentie, ut crocitant, peccatum Originis esse figmentum Augustini, quod simile sit Mathematicorum hypothesebus de eccentricis & epicylis.

Anabapti-
stæ.

137. Eundem errorem auxerunt Scholastici Theologi sub papatu, qui peccatum Originis definiabant levi ac momentaneo quodam accidente, quod naturalia integra reliquerit, quodque in superficie duntaxat hærens abstergi facile, & in hac vita separari ab homine auferrique possit.

Scholasti-
ci.

138. Et cum hoc Iohannes à Daventria strenuè neget, pag. 15, a. Harm. Fabritij: scriptitans, Si hoc docerent Scholastici, jure arguerentur imò damnarètur: considerentur obsecro paucaduntaxat quedam Scholasticorum Emblemata: (plura enim infra Disp. XI. ex Artic. 4. Confessionis, subiiciemus) Ac initio quidem affirmat satis audacter Biel l. 3. sent. dist. 27. Hominem ex puris naturalibus D E V M posse super omnia diligere. Ruardus Tapperus, hominem per sua naturalia posse præcepta omnium virtutum Theologicarum adimplere contendit, quo ad substantiam actuum, l. de lib. arb. pag. 291.

Andradius scribit, Philosophos sine verbo DEI, & sine Spiritu regenerationis, so-

M 3

lo